

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[...]: De immanitatibus, quas Hispani in America patrauerunt verba fecit,
17 Apr 1791

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

De immanitatibus,
 quas
 Hispani in America pataverunt
 verba scribit

J. B. Franck.

XVIII. Calend. Aprilis.

M. DCC. XIC.

312/101 828

Cum a
 scienti
 ria reg
 litteris
 abum
 pla fun
 manulis
 Ma pra
 notum
 lectio
 Romanor
 Amira
 impera
 fortitudi
 subigere
 nam, per
 Casari
 antiqua
 rum
 qui ad
 morte
 quis
 si per
 nos
 fuit a

Director excellentissime!
Socii honoratissimi!

Cum arbitrio meo relictum est, ex amplito
scientiarum campo rem eligere; in histo-
ria regionum digressus memorabilia quaedam
litteris mandare institui. Sic haesitans,
ubrum res, quae magni et excessi animi exem-
pla sunt, an, quibus genus humanum
marulis et vitis inguinabatur, malleam,
illa pretuli, quae maiorem animi mei
motum eicerunt. Summo cum gaudio quidem
lectulae pulchras et ingentes Graecorum,
Romanorum Germanorumque res gestas.
Admirans legi facta herorum Graecorum, qui
imperante magno Maredonio filio mira
fortitudine immensum Persia imperium
subigerunt. Obstantes audivi fortu-
nam, prudentiam animique presentiam Caii
Caesaris. Attollebat animus, cum historia
antiqua mihi ostendaret Leonidam Graeco-
rum Romanorumque Troianos atque Serios,
qui adducti patrio amore, pro illius salute
morti se offerre non dubitauerunt. Et
quis est, cuius animus non moveatur,
si percipit nomen, laudes ac fabulari-
mas Annimii res gestas? Magnus prope
fuit animi motus, quum legirem tanta

maximorum virorum facta, sed tamen moderatus
 siquidem multo magis insipientibus et natura
 hominum respondere mihi videtur, quod huma-
 nitatis et honoris stimulum sequantur motu-
 les, quam quos, spretis humanitatis officiis,
 scelestissima facinora perpetrare non eru-
 bescant. Non moderata erat admiratio,
 sed vehementissimus animi motus, quo ho-
 minum natura liberorum emtionem atque
 venditionem audivi. Et quid cogitavi, quid
 sensi, quam inhumanitates in America pa-
 tratas legerem, profecto, verbis exprime-
 re non valeo. Non hominum sed tigridum
 feritias audire putavi. Et enim inhumani-
 tatis homines peruenire posse mihi persuade-
 re vix potui.

Quum igitur animi motus, quos sce-
 lestus hominum furor excitavit, longe supera-
 verunt illos, quos ipsorum beneficia civant,
 de prioribus, uti propius, verba faciam, non
 tanquam malis inclinarem, sed ut tempe-
 stive intelligam, etiam inter homines
 beluas esse, et mihi prudenter de illis
 cavere assuescam. In tantis innumerisque
 sceleribus, quae hominum furor commisit,
 illa duo, quorum mentionem iam feci, nem-
 pe hominum emtio atque venditio et facinora
 in America patrata, mihi quidem gravissimo
 videntur. Cum igitur ea cuncta referat non

valcam, folis de his duobus; quid dicere possim
experiat.

Proh dolor! incipiendum mihi est, de homi-
nibus, qui Europa civos nominantur, quae
tamen, cum imprimis litteris artibusque
floreat, mentes barbarorum illustrare, illos
humaniores reddere, semperque ad elapsissi-
mum, qua fieri potest, cognitionis lumen
perducere, ipsius natura praecipit debere
videtur. Hi sunt praecipue, qui ab antiquis
cum istud commercii genus exerceant; hi sunt,
qui plane auri cupiditate reguntur, et, quo
opulentiores sunt, eo graviores immanitates
perpetrandi ius habere opinantur; hi sunt,
qui festum solenne celebrantur diem, quo
hominem libere natum fraudulentis et pes-
simis artibus capere miserumque rare vendere
ipsis contingit. In Europa quidem non amplius
tam frequens reperitur istud vitium. Intel-
lexerunt illustres huius terra principes, quod
triste sit et quam immane, quod liberi atque
innocentes Europa rivos sub iugum servitutis
mittantur. At homines illos perniciosissi-
mos neque principum edicta moverunt, neque
exsecrationes iustorum bonorumque, ne iusti-
tia et humanitati anteferrent opes. Sed
cum in Europa istud commercium satii com-
mode exerceant, in reliquis terra
orbis peregrinantur, ibique indignissimas
immanitates manifeste impune ac irreposito-
re perpetrant. Inprimis autem miseranda est
Africanorum tristis conditio, quos, si fraudulentis

fieri nequit, violenta manu rapiunt, et in
 desertas Indiarum occidentales insulas mittunt,
 ut ex fodinis effodiant aurum atque solant.
 Quam immaniter hi servi a Dominis suis atque
 inspectantibus habeantur, exinde facile intelli-
 gitur, quod gravissima supplicia simili sua
 conditioni praeserant, quinque ipsi ipsi
 manus afferant violentas. Sane abominamur
 hominum, quos utuli genus, qui coniugi ma-
 ritum liberis parvulis patribusque uatos
 et cum illis omne pretium omnemque
 auferant felicitatem. Sed satis de his.
 Venis nunc ad favinora Hispanorum in
 America, quorum parte vestra Director
 la referam.

Si unquam gens fuit, natura legibus
 obtemperans, miseris hospitibus recipiens,
 patris et libertatis amans, sine dubio ma-
 xima Indorum pars his virtutibus nata fuit.
 Colebant maxima ex parte solem. Et quam
 superstitiosa religio una dignior est, quam
 illorum, qui, quod optimum ipsis ac benignif-
 semum videtur, honore Divino colant. Non
 erit necesse, ut hospitalitatem eorum multis
 verbis predicem, cum ipsi illorum tyranni
 feminis ludibus illam non extollere non
 potuerant. Benevoli hi homines certatim
 hospites suos, quos Divorum honore colebant, va-
 riis modis laetis reddere solent, quidquid
 auti rerumque pretiosarum possidebant, obtulerant.

et, ut modo plura afferre possent, ex animo opti-
 verunt. Quis igitur, cui vestigium adhuc
 humanitatis inest, si tot tantisque benefici-
 is affectus esset, maximas se beneficiis
 sibi debere gratias, non ingenue fateretur,
 neque diceret, illos iniuriis offendi? Et
 tamen fuerunt, abs quibus nisi insulani,
 qui omnia sua raptoribus semper insati-
 abilibus devoranda iam tradiderunt, cogi-
 bantur, ut spemata ex rivis quærendis,
 omne tempus, quod alioqui facillimis la-
 boribus et sine quieti dare consueverant
 adhibere, et, nisi retulerunt iussum auri
 pondus, ad poenas, quin imo ad supplicia ra-
 diabantur. Tam non amplius interroga-
 nati sunt isti tyranni, qui innotuissimis
 optimisque hominibus tot scelerum dolores
 unica, ut equidem arbitror, in omni terra
 rum orbe fuit gens, ad eos inhumanitates
 pronita - gens Hispanorum. Quis enim
 est, quem fugiat insolentia illorum ac
 pigritia; duo fontes, ex quibus omnis ori-
 tur iniuria. Felicissimis arvis necitatis
 solo auri vano splendore, quod in terra
 retinenda, abundanter reperire credebant,
 patriam cunctis bonis affluentiam relin-
 quere commovebantur. Ab iis hominibus
 profecto nihil inexpectatum esse potest. Acci-
 dit, quod tunc temporis grassaretur in Hispani

abominandum illud iudicium, quod nominabatur inquisitio, qua etiam vestigia omnis virtutis expirata sunt. Obscuris animis ad miserorum querelas. Solitum ipsis id acceptum erat spectaculum, si aquina innocuum in rogiem mittebantur. Vera prope ratio homines belluarum facitibus assuecendi. Sicut exinde perspicere potest, quod fieri non poterit, ut aliter se gerant Hispani in America quam revera solent, uti iam ostendere statim debet.

Hispani postquam in insulas haud longe ab America sitas venissent, non beneficiis amorum incultorum sibi conciliaverunt, sed armis terrorem induxerunt, non veram ad felicitatem viam ostendendo obligatos sibi reddiderunt, sed illorum curas ac sollicitudines adhuc auerunt, non pro eorum receptio- ne et hospitalitate gratos se praestiterunt, sed miseris etiam pauca, quae adhuc possidentatis et libertatis, quod tamen natura ipsis attribuit, concesserunt, sed manipulis inftar illis usi sunt et ne vita eorum quidem pepercerunt. Nulla re nisi solo auri splendore commovebantur, et ad hanc cupiditatem implendam, nihil sanctum erat, nihil illicitum. Sarris gaudis totas regiones cadibus implebant, embryonem in utero matris abominatum, ut una cum matre interiret expectabant, inter se restabant, quis

orum artificii offine unius ictu diffidat: capi-
 ta infantum a pectore matris raptorum, ad
 saxa illidebant, vel ipsos infantulos cavibus
 suis obiciebant dilacerandos ac devorandos.
 Quid dicam de suppliciis, quae principes
 harum nationum dederunt. Quis crudelius
 immanitate quid legit, audivit, vidit: Opti-
 mi principes in calasta, sub qua ignis accen-
 sa erat, sensim torrebantur. Cogitate, quae
 quos infandos dolores percipere sint, et quibus
 tormentis excruciatissimi spiritum
 exhalaverint: Sed oppidite quoque tranquillitatem
 et gaudium horum Tyrannorum
 in exsequendis suppliciis: Cum aliquando
 clamores quorundam principum, qui ca-
 ratione torrebantur, quietem reulurionis
 turpiarent, clamitantes statim suffocari
 iussit: at nobilis quidam Hispanus, ut, si
 ignibus sensim torrerentur, oculos passeret,
 ora eorum, ut ne clamarent, obstruxit.
 Satis iam et nimium, ut nec, de tur-
 pissimo generis humani farinoribus dixi.
 Quis enim est, quem multorum eiusmodi
 scelerum commemoratio delectet: et omne
 potius cuncti, quibus ista audire libet,
 vehementissimam sentiant aversationem?
 et nolite opinari, me omnes Hispanorum
 immanitates iam enumerasse. Sunt adhuc
 innumera, quae crudelitate non cedunt illis
 quae retuli. Nullus fuit Indorum, qui non

partem sentiret miseriam. Ceteris iure nominatus est, quem statim delevit Hispanorum furor. Solum enim illi ad omnis miserie fastidium pervenire, quibus eruentata et caedibus delassata Hispanorum manus pepercerunt. Eadem enim fuit vita! hic confectio interfecti parentis, conjugis, filii, amici; illis intolerabilis servitus, cui graviorum laborum impatientes brevi omnes succubuerunt. Ea ratione cuncta illa olim felicissima insula in solitudines mutata sunt. — 3. tatis obliuisci poterant homines? At quid dico homines; Christianos esse fingebant illi tyranni, qui nihil fecerunt, nisi, quod sanctissimi Christi Doctrina contrarium fuit: Christianos esse fingebant, qui Deum coluerunt odio et vindicta persecutem; Deum, qui sanguine innocentum et innumeris caedibus Delectatur. Christianos esse fingebant, qui auri cupidinem sanguini innocentum pro profecerunt et nihil sanctum habuerant, nihilque illi-
 tum.